



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Graui morbo oppressum sanat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

pus hominem amplexatus; bono animo esto inquit, testamentum tu ipse arbitratu tuo conscribes. nec verba in ventum iacta: æger enim melius confessim habuit, breuique post conualuit omnino, vitamque ad multos annos produxit: decepsit anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, kal. Nouemb.

*Graui morbo oppressum sanat.*

**E**O ipso anno mense Nouembri nobilis adolescens Carolus Vr-sinus, cum ætatis annum duodecimum ageret, morbo lateralí, vehementique febri correptus est; doloribus ad sinistrum latus vtrinque grauibus. Vrgebat continens febris ne vel minimum quidem remittens: morbus mortifer erat: de ægri vita medici dubitare iam cœperant: interea temporis, cum quodam die sub vesperū ad desperationem laborare cœpisset, adest Philip-pus ab ægri matre euocatus, qui sub-

*Id Caro-  
lusu, & eius  
mater Li-  
via Vestia  
publico te-  
simonio  
firmarunt.*

motis

motis mox omnibus, foribusque  
claufis; vbi primum insideat dolor  
ægrum rogitat: tum ex eodem per-  
contatur, velitne confiteri de pec-  
catis suis: libenter quidem inquit  
ille: Hic Philippus procumbens in  
genua eius confessionem manu do-  
lenti parti admota audit: nec frustra  
hæc fuerunt: ex eius enim attachu  
id Carolus assecutus est, vt morbo  
leuari se senserit. In recessu Philip-  
pus, ne timeas ei dixit, hoc morbo  
haud morieris, cras melius tibi erit.  
Mirum dictu: vix domo exceperat,  
cum adolescens omni repente do-  
lore liberatur diuinitus, eaque no-  
cte, quamquam nocturna ante pre-  
mebatur vigilia, quietem capit, ad  
lucem usque placidissime dormit,  
somno quo experrectus omnem a se  
morbum penitus discessisse, sanita-  
temque sibi pristinam redditam es-  
se, medicis miraculo attonitis, ad-  
uertit: narravit deinde Carolus si-  
bi ægro visum esse sentire, Philip-

pum ea

Christi  
1586

Sixti V. Pap.  
I.

Ætatis  
71.

301

pum ea manu, quam dolenti parti  
admouerat, dolorem omnem ex-  
haurientem.

Iesu Christi anno Sixti V. Pap. anno Ætatis ann.  
1586. I. 71

*Nouus Philippi morbus.*

**A**nno salutis millesimo quin-  
gentesimo octogesimo sexto,  
xvij. Kal. Februarias, recenti iterū,  
ac repentina morbo, eoque graui-  
simō, atque mortifero opprimitur  
Philippus, ex quo tamen breui quā-  
quam oleo sancto inunctus, præter  
spem, medicis admirantibus, mi-  
raculumque inclamantibus, pro-  
sus conualuit.

*Congregatio augetur*

**C**VM Patres eadem domo viue-  
tes se, suaque ad nutum Philip-  
pi moderarentur, nihilque rerum  
omnium esset, quod cuperent ma-  
gis, quam diuinam voluntatem, ut  
eam sequerentur in omnibus: tum

maxi-